Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Caput Tertium

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

Socrates partem hominis. Licet n. Universale totum
sit in suis Particularibus, totaliter tamen et secundum
omnem perfectionem suam in singulis non est ut tenet
docet Verrariensis, 1. contra gentes. c. 32. de
scribi solet particulare. Id de quo Universale
praedicatur. Hinc formale eius significatum est ratio
ad superiora. Hinc etiam non omne Particulare
est Individuum ac singulare. Nam homo
omnis respectu animalis Particulare quoddam est
singulare et Individuum non est: Imo neque etiam
omne Individuum singulare est Particulare.
Etiam non quodvis Individuum habet relationem ad su-
perioram ut patet exemplo naturae divinae quae
Individua ac singularis est, Particularis autem
proprie non est. Omne tamen Individuum
creatum etiam Particulare est.

Caput Tertium.

De Differentia.

In duas partes hoc caput dividi potest. In prima
continentur omnia distinctiones et divisiones differentiae

Diversitas et Differentia, Diversitas et Differentia non sunt idem.

In 2da varia Ostiones. Si stricte et in rigore philosophico loquendum sit; Diversitas et Differens, Diversitas et Differentia non sunt idem. Ut ex Arist. 5o Meta. t. 18. bene docent. S. Thomas. 1. contra gentes. c. 17. et Verrariensis ibidem; Nam res differentes proprie non dicuntur, nisi illae quae cum diversitate aliquam inter se convenientiam seu unitatem formalem habent, ut Plato et Socrates, Homo et equus. Quae vero nullam omnino habent convenientiam, diversa proprie non differentia et diversitatem non differentia habere dicuntur. Deinde sicut casus

Quae proprie sint res differentes?

Quae diversa?

Differentia vocabulum aliquando primae, aliquando rationis Intentionis est.

Universalium nomina aliquando sunt primae Intentionis, et significant res extra Intellectum ut species pulchritudinem, et genus genealogiam seu multitudinem hominum; aliquando rationis Intentionis, significantia Res Intellectus cum relationibus rationis; Ita vocabulum distinctione saepe est nomen primae Intentionis significans

vel relationem quae inter res diversas intercedit, sicut similitudo et convenientia significant ipsam oppositam relationem, quae inter res unas et easdem intercedit, quae relationes plerumque sunt reales ex consentientia: Vel secundo, proximum fundamentum eiusmodi relationis, nempe Entitatem sive perfectionem illam, per quam aliqua inter se differunt ut est nigredo per quam corvus a cygno accidentaliter, et rationale per quod homo a brutis essentialiter differt. In Logica fere accipitur prout est nomen secundae Intentionis significans materialiter illam eandem Entitatem: sed prout intellecta est et relationem rationis saltem aptitudine annexam habet. Inter 3 praedicta significata hoc discrimen est quando Differentia est nomen primae Intentionis est abstractum et vel respectivum vel absolutum: Sed quando est nomen secundae Intentionis est tantum nomen respectivum et concretum et connotativum; cuius abstractum vocari posset differentialitas quod est relatio illa rationis quae Differentiam Intellectam concomitatur.

Quando primae Intentionis est, tunc significat relationem quae inter res diversas intercedit. Vel Entitatem illam per quam res differunt, ut nigredo per quam corvus a cygno differt.

Sed in Logica secundae Intentionis est.

Differentia quando primae intentionis est abstractum est.

Sed secundae Intentionis concretum et connotativum est, et ideo abstractum eius posset vocari differentialitas.

Prima Pars Capitis
De Diuisionibus Differentiae.

Prima diuisio Differentiae est in Communem, Propriam, et maxime Propriam, quam satis bene explicat Ton. cit. c. 5. Ego tantum hoc addo, quod diuisum, sit Differentia, primo Intentionaliter et late sumpta, ut est commune quod, ad omnes Differentias quarum aliquae sunt substantiae, ut Rationale, sensitiuum &c. Aliquae sunt Accidentia, ut Risibile, Album &c. Ac proinde non est Vniuocum sed tantum Analogicum genus, in quo membra diuidentia secundum Analogiam Proportionalitatis conueniunt. Nam sicut substantiae essentialiter differunt per differentias substantiales; ita accidentaliter distinguuntur per accidentales. Secunda diuisio Differentiarum aliae faciunt solummodo, Alteratum non aliud: Aliae simul alterum et aliud faciunt. Sensus est, Differentiarum alia est essentialis quae facit aliquid Aliud, hoc est essentialis.

Prima diuisio in Communem, Propriam et maxime Propriam

Secunda diuisio in Essentialem et Accidentalem.

ter diversu et tales, sunt solæ Differentiæ maxime Propriæ. Alia est Accidentalis quæ tantum facit Alteratum: hoc est: accidentaliter diversu ut albedo, sedere, iacere &c. Cuiusmodi sunt Differentiæ Cois et Propria. Divisum idem est quod supra. Tertia Differentiarum aliæ sunt separabiles a rebus quibus conveniunt, ut Communes, aliæ Inseparabiles, ut Propria et Maxime Propria; etiam huius divisionis idem divisum est.

Tertia Divisio IN separabiles et Inseparabiles.

Quarta divisio non est ita Generalis ut priores, sed est solius differentiæ Inseparabilis: nam quædam Differentiæ inseparabiles sunt per se Inseparabiles huiusmodi sunt solæ Differentiæ propriissimæ, ut corporeum, Animatum, sensitivum, Rationale &c. quæ rei essentiam per se et extrinsece constituunt. Quædam sunt Inseparabiles per Accidens huiusmodi Propriæ, quæ rebus essentialiter constitutis necessario accidunt, ut risibile. Quinto Differentia Propriissima, Essentialis et Inseparabilis per se subdividitur in divisivam generis, et constitutivam Speciei; quæ subdivisio etiam a ton. bene expli-

Quarta divisio IN Inseparabiles per se et Inseparabiles per accidens. Et ista divisio tantum competit Propriæ et maxime Propriæ Differentiæ.

Quinta In Divisivam Generis et constitutivam Speciei. et hæc tantum competit Propriissimæ Differentiæ.

Sexta in Genericam, Specificam et Individuantem. Differentiae singularum.

cantur. Ffis addenda ē sexta pomeriorum
usitatior, qua Proprijssima Differentia in Gene-
ricam, Specificā et Individuantem dividitur.
Generica ē quae Genus subalternum constituit, ut cor-
poreum, animatum, sensitivum. Dico subalter-
num qa ipsae Differentiae et Genera summa
proprie loquendo inter se non differunt, sed primo
se ipsis diversa sunt, Quia tantum illa diffe-
runt proprie ut supra diximus quae univoce ma-
liquo conveniunt; sed summa Genera et Differen-
tiae opposita, in nullo conveniunt univoce. Ens enim
tantum stralogum ē apud Peripateticos, unde
non sunt quaerendae differentiae p quas summa
Genera constituantur. Specifica proprie
est, quae speciem specialissimam constituit
ut Rationale. Qui utramque Differentiam
Specificā vellet vocare nil absurditatis com-
mitteret. Siquidem utraque speciem, illa sub-
alternā; haec Infimam constituit. Indivi-
dualis Differentia ē quae Individuum con-
stituit quod fieri potest duplicitor. Primo

Intrinseca et quasi essentialiter ad eum modum quo specifica species et iuxta hunc sensum dum Individuantibus differentijs loquantur cum Scoto recentiores Philosophi ac Theologi plerique. Neque tamen eam vocant essentialem ut insinuatum est. Deinde constituitur Individuum tantum extrinseca a posteriori et quo ad nos quia unum ab altero per diversa Accidentia sensibilia discernamus. Ideo collectionem eiusmodi Accidentium vocamus conditiones et circumstantias et Differentias Individuantes per quas Individuum a Porphyrio in 3. parte. c. praec. descriptum fuit.

Secunda Pars Capitis
De Differentiae Definitionibus.

Notandum ex S. Thoma opusc. 48 de Universalibus c. 4. de Ente c. 3. Genus, Differentiam, Speciem ac Definitionem, convenire inter se in hoc quod singula significent Totum quod est in Specie, et differre tantum quoad modum significandi. Nam Genus explicitum solum partem materialem Speciei, et Differentia

ipsam ... ut etiam supra dictum. Unde
sicut, in formali et explicito significatu Generis
non comprehenditur perfectio illa quae per Differen
tiam fit et explicite denotatur; Ita vicissim
in formali et explicito significatu Differentiae
non comprehenditur perfectio a Genere fit et
explicite significata: et sicut al significando
idem quod habens naturam sensitivam duo involvit
explicite quidem et fit naturam sensitivam
Implicite autem et Indeterminate seu mbr illud
quod eam habet neque .n. explicat quidnam illud sit
an homo? an bos? an Leo? Sic Rationale sig
nificando idem quod habens Rationalitatem duo
etiam significat: nempe Rationalitatem quam fit
ac primario exprimit; Secundario a. et inde
terminate consignificat illud quod ipsam habet, ita ta
men ut non determinet neque explicet distincte
quidnam sit illud quod habet rationem homo ne an bruta
Ab utroque differt dfitio, ut al rationale quae aequa
primario et explicite et per duos conceptus signi

ficat quod Genus et Distra partim primario, partim secundario, et partim simplicitè, partim [illegible] explicitè conceptum significandi. Species denique ut homo a Distrae differt qa mediante uno conceptu idem significat quod Distio p duos: a Genere .n. et distra ideo differt qa aequè primario et determinate et [illegible] totum significat quod Genus et Differentia partim primario, partim secundario, partim determinate et [illegible] et partim indeterminate ac [illegible] significant. Ex quo fit ut Species et Genus et Differentia in Logicis ac Metaphysicis sese habeant sicut in Physicis se habent compositum et materia et forma. Nam quidem [illegible] compositum physicum constans ex corpore tanquam ex parte materiali; et ex aia tanquam ex parte formali; sic idem homo est etiam quodam totum metaphysicum p raoem constans ex [illegible] et primario significato Generis [illegible] Distrae: quorum illud, comparatum ad Differentiam, sese habet sicut mia physica [illegible]

Non quidem nonulli male sentiunt quod Genus re
bus physicis tantum reperiatur solamque materiam
significat. u. g. at solum corpus, et rationale so
lam aiam. Reperiuntur n. etiam in alijs rebus quam
totam Entitatem significant: sed qa Genus ex
plicite tantum illud significat, in quo species cum
alijs rebus essentialiter convenit, ut homo et equus
in natura sensitiva, Corpus et Angelus in eo quod ut
rumque per se subsistit; Differentia u. significat
illud per quod species ab alijs Fr et essentialiter
distinguitur ut rationale et Irrationale per
q equus et homo differunt ad eum modum quo
mia oibus rebus physicis cois e; forma a sub
stantiales eas a se mutuo distinguunt; Ideo
dixit Porphyrius Genus a materia, et Dif
ferentiam a forma desumi: et optime docet
Caiet. sup cit. c. 3. quando species dicitur
composita ee ex gnre et Differentia non e
alium sensum quam hunc. quod unicus conceptus
Fnlis speciei. u. g. hois, tantundem repraesentet
quantum uterque conceptus Generis et Differen

tiae neq. n. species componitur realiter ac physice
ex conceptibus Generis et Differentiae sicut Dfinitio
et sicut aliquo Enuncio ex pluribus conceptibus realiter
diversis constat. Sed tantum quoad repraesentati
onem et significationem. Nam quod per partes et distin
cta repraesentant duo conceptus Differentiae
et Generis realiter diversi, Illud etiam to
tum simul repraesentat unicus conceptus specificus
Nam hominis conceptus formalis, idem prorsus significat
et repraesentat quod conceptus animalis et rationalis
Praeterea quomodo se habent Conceptus formales inter
sese collati quoad repraesentationem quasi Affecti
vam. Ita etiam proportionaliter sese habent
Obiectivi conceptus ut bene declarat Caiet.
ibidem. Nam Obiectivus conceptus hominis prout per
formalem repraesentatur comparatus ad explicitos
conceptus Obiectivos Generis et Differentiae
est totum: Illi vero ipsius partes, sola tamen
ratione inter se et a toto diversae.

His notatis facili intelligetur descriptio qua Porph.
Differentiam sic describit: Id quo species excedit
suum Genus. vel. Id quo species abundat a Genere.
Species .n. explicite ac coniunctim significat non
solum illud quod Genus explicite significat, sed eti
am complectitur explicitum Differentiae
significatum atque ita excedit tum Genus tum
Differentiam quoad explicita eorum et formalia
significata. Recte igitur describitur Differentia
ē talis res quam significando species
excedit Genus quandoquidem Genus eandem illam
rem explicite non significat sed sola Differen
tia quam praeter Genus species etiam includit
tanquam formalem sui partem. Potuisset
etiam describi Differentia: Id quo definitio ex
cedit Genus; Imo ut bene notat. S. Thomas cit.
c. 4. sicut Differentia definitur Id quo spe
cies excedit suum Genus, ita similiter Genus etiam
describi potuisset: Id quo species vel etiam definitio
excedit Differentiam. Attamen cum Genus habe
at se instar mia et Differentia significat

tum instar formae rectius p hunc loquendi modum Differentia Descripta ē quam Genus p eam describeretur. Definitum a eiusdem descriptionis est Differentia Proprijssima Specifica et Generica. Si qs adderet, qua species excedit suum Genus et Individuum suam speciem, tunc etiam Individuans Differentia definiretur. Praeterea definitum ē Differentia Proprijssima prout ē constitutiva speciei aut Generis subalterni et rdo Intentionaliter accepta; nimirum prout concipitur praecisè absq Specie et habet rlaoem rationis ad eandem speciem quam constituendo metaphysicae componit. Formale igr significatum Differentiae iuxta hanc dfctioem sumptae, ē rlao ad speciem. Eua tamen non est rlao universalitatis, neq; n. Differentia iuxta hanc descriptionē 3 universale facit, qa universale non ē nisi quod plura respicit, sed Differentia sic concepta solam speciem, non plura respicit.

NB. Diffra hac prima descriptione nō differt constituit 3 universale.

Sqz Differentia prout 3 Universale constituit descri-
benda est hoc modo: Differentia est id quod prædica-
tur de pluribus in quæstione quale est necessario et es-
sentialiter. Hæc est descriptio a posteriore per
prædicabilitatem assignata, ut patet ex dictis: a prio-
ri describi posset: Id quod pluribus tanquam pars for-
malis inesse aptum est. Definitum huius distinctionis
est Differentia proprijssima, 2do Intentionaliter ac-
cepta, habens annexam relationem rationis ad inferiora
a quibus præscinditur. Generis loco vel ponitur 2da
Intentio, sive Universale, seu prædicabile, vel potius
Entitas sive res illa quæ est materiale significatum
Differentiæ 2do Intentionaliter sumptæ: reliquæ par-
ticulæ obtinent vicem proprietatis in prima descrip-
tione, et in altera vicem differentiæ. &c.
Commune differentiæ cum alijs duobus præcedenti-
bus Universalibus est necessario et essentialiter in-
esse ac prædicari, de Inferioribus p quod distinguitur
a proprio quod necessario qdem sed accidentaliter tan-
tum, et ab accidente communiter quod tantum acci-
dentaliter et contingenter inest et prædicatur de
suis particularibus: differt autem ab ijdem duobus præ-

cedentibus universalibus et propemodum [illegible] quibus sequentibus in eo quod prædicetur in Quale, idque tum quia apte respondetur ad quæstionem, qualis sit res? uti Proprium [illegible] quia significatur nominibus adiectivis, quemadmodum idem Proprium et Accidens, ut rationale, sensitivum, corporeum &c. Tum quia significat per modum formæ, et qualitatis adiacentis non. Idem accidentalis ut Proprium, et accidens commune sed essentialis quo a Proprio et accidente differt, atque a Porphyrio dicitur prædicari, non in Quali dum dixit, sed in Quale quid? Differt præterea ut etiam constat ex dictis, a Genere, quia Genus inferioribus suis per modum Potentiæ et materiæ inest, ac de iisdem prædicatur; Differentia vero per modum actus et formæ; A Specie differt, quilla totam essentiam (saltem communem quæ a philosophis, nomine essentiæ solet affici) Individuorum continet: Differentia vero tantum partem formalem eiusdem essentiæ: Atque hoc ipsum in causa etiam (ut ex a. 7. patet, cur Genus et Species duo Universalia, differentia vero Generica et Speifica, unum tantum universale constituat: quia cum utraque

tantum partem formalem suorum inferiorum conti
neat, consequenter utraq uno tantum modo, hoc est
incomplete de ijsdem praedicatur: Incomplete
inquam quoad rem explicite significatam et praedica
tam, non autem quoad modum significandi ac praedi
candi concretum et connotativum: Genus vero de Infe
rioribus suis, Incomplete; sed species de suis complete
praedicatur, ac merito duo universalia distincta
faciunt. Adhaec notandum ut una species
v. g. homo communis, non tantum habet relationem
universalitatis ad sua inferiora cuius beneficio uni
versalis ac Praedicabilis constituitur, sed etiam ad
superiora quibus supponitur propter quam subiecti
lis et Particularis dicitur: ita unam eandemque
differentiam varia officia exercere, variasque relati
ones mediantibus varijs abstractionibus ac conceptionibus
nostri Illectus fundare, atque ita mtr unam esse, et ple
res: nam primo refertur ad genus, quod determinat
a qua relatione vocatur differentia divisiva generis:
cum enim conceptus Obiectivus Generis, praecise sum
ptus, aptus sit, in qualibet specie inesse; Differentia

hanc ipsius amplitudinem et capacitatem restringit
efficitque ut in una specie consistat, quia tamen hoc non
ita facit, ut illam totaliter, et secundum omnem modum
perfectionis ac potentialitatis ad unicam dumtaxat
speciem, ita restringat; ut non possit et per alias dif-
ferentias ad alias species constituendas contrahi: Pro-
pterea dicitur dividere Genus ac quasi partem eius
decerpendo speciem constituere, et species medi-
ante Differentia dicitur participare Genus, eo quod
non contineat Genus secundum omnem modum perfectio-
nis, quem etiam in alijs speciebus habere potest, ut
bene docet Verrariensis supra citatus.

Secundo refertur ad speciem quam essentialiter componit, et
ab alijs eiusdem Generis speciebus distinguitur. Sed propter
hanc rationem istarum rationum universale et praedicabile
est. Quare cum dicimus Homo est rationalis, at sensi-
tivum officium praedicationes quae ad nullum universale proprie
spectant; quamvis referantur ad Differentiam tum
quia in suppositione personali acceptae proprie universales
sunt; tum quia conveniunt differentiae licet alia officia
exercenti. Deinde ratione primae relationis non pos-
sumus differentiam praedicare de Genere; dicendo enim

Ad 1. est rationale quia Porphyrius [illegible] minora de
maioribus non praedicantur, sed vel aequa de aequis, vel ma-
iora de minoribus. Quod si dicamus rationale dat
faciamus authore S. Thoma opus [illegible]
dicationem per accidens. Perinde fere ac si dicere-
mus Risibile est homo; de qua plura ibidem [illegible]
Sed an ista praedicatio ad aliquod universale spe-
ctet, alibi disputandum erit. Tertio refertur
Differentia ad Inferiora, v.g. Rationale ad Pe-
trum, Paulum etc. Sensitivum ad hominem et brutum
propter quam relationem Tertium universale constitu-
it. Quarto videtur etiam referri ad superiorem Dife-
rentiam saltem mediante Genere, sicut ad Infe-
riora et Individua refertur mediante specie.
Circa quam relationem dubitant Philosophi
an inferior Differentia [illegible] includat in suo signi-
ficatu superiorem: ad quod dubium recte respondet [illegible]
q. 5. ex Aristotele 4. Top. c. 2. l. 15. et
ex S. Thoma primo Differentiam divisivam
in suo explicito significatu non includere signifi-
catum Generis ut ex dictis patet; [illegible]

significat naturam sensitivam, Rationale vero Illecti
vam. Secundo multo minus includit Differentiam
superiorem. Nam si Rationale in formali significato
formale significatum alis non includit; multo minus
ipsum sensitivum explicite et ffr includet: quan
doquidem sensitivum est potissima pars animalis. Dico
Formaliter, qa sicut initio huius partis notatum
ex S. Thoma est, si Differentia et Genus ad
quae sumantur prout nominibus concretis et adiectivis
significant ut tunc utraque quaedam Tota sunt, et
unum tantundem quantum aliud imo quantum et
ipsa species et Distio significant, et mutuo sese in
cludunt. Qua de causa superior Differentia,
de Inferiore eodem quo Genus modo, tantum quoad
materiale significatum et per accidens praedicari solet
non ffr et per se. Vide plura apud Rubium,
qui recte et ostendit species infimas alterutro
horum modorum definiendas esse, vel primo per Ge
nus remotum et omnes Differentias inter medias usque
ad ultimam, ut si dicas: Homo est substantia corporea
animata, sensitiva, rationalis; vel secundo tantum per Genus
proximum et Differentiam ultimam ut hic est at.

rationale. Etenim cum Genus proximum [illegible] superiora Genera eorum Differentias complectatur ideo addita sola ultimae Differentiae sufficienter explicatur natura speciei, et si praeterea etiam aliquod Genus vel differentia superior adderetur vitium nugationis committeretur. Ut si v. g. hominem quis definire vellet, Animal rationale corporeum vel Aut rationale sensitivum. Videatur etiam Fon. 5. Inst. c. 5. Et plura circa hoc caput apud Toletum et Conimb. in commentariis.

CAPUT QUARTUM.

De PROPRIO.

Porphyrius in hoc capite quatuor proprij significata adfert, quae etiam apud Fon. c. 6. leguntur. Ex. S. Thoma opus. 24 c. 2. notandum

Primo. Proprium plerumque esse primae Intentionis sed in ista materia et tractatione Logica [illegible] tionaliter accipi.